

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Præfatio Totivs Operis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)



# PRÆFATIO TOTIVS OPERIS.

**D**eus qui ab initio fecit hominem rectum, ac per hoc voluntatis bona, etiam dedit gratiam, in qua si permanere vellet, nunquam matus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset; sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo Deus voluit esse sine sua gracia, quam reliquit in ejus libero arbitrio: quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit; ad bonum autem (quod ad salutem pertinet vitæ æternæ) nihil est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono, hoc est, à Deo. Quod adjutorium si homo ille per liberum non deseruerit arbitrium, semper esset bonus: sed deseruit, & desertus est.

Et si quidem in melius hominum reformationem nullam prorsus esse voluisset, sicut impiorum nulla est angelorum; nonne meritò fieret, ut natura, quæ Deum deseruit, quæ præceptum sui creatoris, quod custodire facillimè posset, suâ malâ utens potestate calcarvit atque transgressa est, .... universa in æternum desereretur ab eo, & pro suo merito pœnam penderet sempiternam? Planè ita faceret, si tantum justus, non etiam misericors esset, suamque indebitam misericordiam multò evidentius in indignorum potius liberatione monstraret.

Placuit itaque universitatis creatori atque moderatori Deo, ut quoniam non tota multitudo Angelorum Deum deserendo perierat ea quæ perierat, in perpetua perditione remaneret; quæ autem cum Deo illâ deserente persistiterat, de sua certissimè cognita semper futura felicitate secura gauderet: alia verò creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque supplicijs & originalibus, & proprijs tota perierat, ex ejus parte reparata, quod Angelicæ societati ruina illâ diabolica minuerat, suppleret.

A

Verum

## 2 P R A E F A T I O.

Ephes. cap. 30. Verum hæc pars generis humani, cui liberationem Deus regnumque promisit aeternum, nunquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perditus, nisi quantum à perditione fuerit liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit: nam libero arbitrio male utens homo & se perdidit & ipsum.

Arau. cap. 25. Siquidem Hoc prædicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis, ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia divina prævenierit.

Ephes. cap. 2. v. 4.  
D. Aug. lib. de Car. eccl.  
xvij. cap. 26. Ea propter Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem, quā dlexit nos, volens omnes salvos fieri, Si sibi ipss non sint inimici, & non resistant misericordia Creatoris sui, misit unigenitum Filium suum, .... ut quemadmodum per unum hominem, qui primus factus est, id est, Adam, mors intravit in genus humanum; .... sic per unum hominem, qui etiam Deus est Dei Filius, Iesum Christum, deletis omnibus peccatis præteritis, credentes in eum omnes in vitam aeternam ingredierentur.

Ecclesi. 38. Hic est ille piissimus Samaritanus, qui spoliatum videns hominem & atrociter sauciatum, miserationis affectu compatiens medicinam attulit efficacem, quā curatis ipsius vulneribus, ac plenā redditā sanitatem, in sui principium, à quo descendens deviaverat, finaliter reducatur. In cujus persona nunc dicitur: Vnguentarius faciet pigmenta suavitatis & unctiones conficiet sanitatis. Eccli. 38. v. 7. hoc est, instituet Sacra menta suavia seu odorifera & salutifera: odorifera quidem respectu Dei, quoniam eum suā suavitate placant & placando faciunt propitium; salutifera vero respectu ægroti curandi, quoniam impetrant gratiam & vestiunt hominem expoliatum & hominem infirmum curant suā virtute.

Ephes. 5. 100. 100. Igitur Christus Dominus perfectus erat pigmentarius, qui non aliundē mendicabat odorem, sed ipse in se redolebat: & ut odor iste, quo plenus erat, in alios derivaretur, obtulit semetipsum Deo & Patri pro omnibus, secundū illud Ephes. 5. v. 2. Dilexit nos & tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.

Tunc de hac plenitudine accepimus omnes, dum non solum placatur Deus ex ipsa passione, sed etiam in memorialibus passionis; & non tantum passio fit pigmentum suavitatis,

A

suavitatis, imò etiam memorialia, sanctissima, inquam, Ecclesiæ Sacraenta, passionem præteritam significantia, Per quæ, ut ait Trident. Sess. 7. in procœmio, omnis vera justitia, <sup>Trident.</sup> vel incipit, vel cæpta augetur, vel amissa reparatur.

Hæc sunt uberrimi illi fontes, de quibus cecinit Isaias cap. <sup>Isai. 1.12</sup> 12. v. 3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Enim verò gratiam, quam significant, continent & conferunt semper & omnibus ritè suscipientibus & non ponentibus obicem.

Ergò quantum in medico est, sanare venit ægrotum. Ipse se intermit, qui præcepta medici observare non vult. Poculum quippe immortalitatis quod confectum est de infirmitate nostra <sup>D. August.</sup> & virtute <sup>tract. 12. in Joan.</sup> divina, habet quidem in se ut omnibus proficit: sed si non bibitur, non <sup>D. Prosp.</sup> medetur. Mors etenim Filij Dei Domini Jesu Christi non ita impensa est humano generi, ut ad redemptionem ejus, etiam qui regenerandus non erat, pertineret: sed ita, ut quod per unicum exemplum gestum est pro universis, per singulare Sacramentum celebraretur in singulis.

Sacraenta habent quidem in se ut omnibus prosint, sed si non ritè suscipiuntur, non medentur. Scienti enim bonum, & non facienti, peccatum est illigratia. Scienti Sacramentum & indigne administranti aut recipienti, venenum potius, quam medicamentum est.

Porrò nolunt homines quod sanctum est sanctè tractare, sive quia latet an sanctum sit, sive quia non delectat. Ignorantia igitur & infirmitas vivæ sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinentiam. Ut autem innotescat quod latebat, & suave fiat quod non delectabat, gratia Dei est, quæ hominum adjurat voluntates: quia ut non adjuventur, in ipsis icidem causa est, non in Deo, sive damnandi sint propter iniquitatem superbie: sive contra ipsam suam superbiam judicandi. & erudiendi, si filii sint misericordiae. Id est pro hac re nec superflua, nec impudens domino immolatur oratio. Licit <sup>D. Aug. lib. 2. de peccato. metit. c. 1. p. 17.</sup> & gra. c. 1. 2. enim peccata præterita non expientur, nec futura vitentur nisi voluntas adsit, tamen ut fiat, voluntas sola non sufficit.

Quid igitur? Talu medicina calitus venit: ad elatum hominem <sup>Lib. 2. de peccato. metit. c. 1. p. 17.</sup> per superbiam, Deus humilis descendit per misericordiam, & approximans vulnerato, curationi ejus Sacramentorum alligamenta adhibuit, quia contrà originalis peccati, & actualis vulnera Sacramentorum remedia instituit, de quibus in præsenti opere disputationem instituimus, cuique Sacramento suam assignantes, ita exigente materiæ amplitudine & varietate.

4 Disp. I. De Sacramentis in genere.

Cum autem distincta cognitio minus universalium dependeat à cognitione distincta magis universalium; nam magis universalia sunt partes minus universalium; partes vero prius oportet cognoscantur distinctè, quam distinctè cognoscatur totum, quod ex illis componitur; Hinc erit

DISPUTATIO PRIMA.

De Sacramentis in genere.

I.  
Sacramen-  
tum dici-  
tur, quod  
ad sacra-  
mentum institu-  
tum sit,



SACRAMENTUM  
apud Auctores cū  
prophanos, tum  
laicos varias ha-  
bet significatio-  
nes; ea tamen ety-  
mologiæ vocis,  
Scripturæ ac San-  
ctorum Patrum

doctrinæ videtur maximè conformis, quâ  
dicatur Sacramentum, quod ad sacramendum  
seu sanctificandum institutum est, prout in  
decurso hujus operis sole meridiano cla-  
rius apparebit.

Vel id  
quod mede-  
tur, medi-  
camentum.

Et vero nemo ignorat medicamentum  
dici id, quod medetur, nocumentum id,  
quod nocet &c. Quid ni igitur Sacramen-  
tum id, quod sacrat sive sanctificat? Ita  
plane sentiendum existimo, & loquendum  
cum Scriptura ac SS. Patribus, universali-  
que Theologis; nequidquam ringentibus,  
frendentibus, oblatrantibus hæreticis no-  
stri temporis, qui absurdè omnino usur-  
pant hanc vocem pro signaculo iustitiae per  
fidem accepta.

A quo lo-  
quendi mo-  
do, & Ca-  
tholico sen-  
tu deviant  
hæretici.

Bellar.

Unde factum est, quod deserendo Ca-  
tholicum loquendi modum, etiam sensum  
deseruerint, & solâ voce Sacramenti re-  
tentâ, omnem Sacramentorum vim eva-  
cuaverint, in numero etiam varient, & in  
definitione inter se dissentiant, de quibus  
videri potest Bellar. Praefatione in 2. Tom.  
Controv. & in libris sequentibus; non  
enim est opera-premium ijs hic inhærente,  
quia sparsim in sequentibus tradentur. Sit  
itaque

bus velitari, qui communis sensus fidei ve-  
luti expertes, opinionum suarum modulo  
Christianæ fidei, Scripturæque sensa me-  
tiuntur, & universalis Ecclesiæ judicio au-  
thoritateque repudiata suo tantum se duci  
spiritu, suoque quodammodo genio in-  
dulgere glorianter: equidem quia perfecti  
Theologi est non solùm dogmata fidei  
proponere, sed etiam stabilire, & admotâ  
veritatis luce dispellere quidquid eis ne-  
bularum ostendere adverfarj potuerint:  
hinc priusquam Catholicæ definitio Sacra-  
mentum, libet paucis pro ratione nostri  
instituti refutare errorem Acatholicorum  
hujus ævi.

Lutherus lib. de Captivitate Babylo-  
nica cap. ultimo dicit Sacramentum esse  
promissionem (gratia) signo externo an-  
nexam. Calvinus lib. 4. Institutionum  
cap. 14. §. 1. exterrum symbolum, quo  
benevolentia erga nos suæ promissiones  
conscientijs nostris Dominus obsignat, ad  
fustinendam fidei nostra imbecillitatem, &  
nos vicissim pietatem erga eum nostram  
tam coram eo & angelis, quam apud ho-  
mines testamur. Suigilius lib. de vera &  
falsa religione, oppignorationem quamdam,  
quâ homo se Christo obligat, ejusque  
militia nomen dat. Breviter docent Sacra-  
mentum esse signum prædestinationis, vel  
benevolentia, ieu gratia collatæ per fidem  
specialem, quâ credimus nobis esse remissa  
peccata, ad quam Sacramentum movet seu  
excitat.

Sed quid ad hæc Concil. Trident. sess. A Trident.  
7.can.6. Si quis dixerit Sacramenta nova legis anathema-  
non continere gratiam &c. quasi signa tan-  
tum externa sint accepta per fidem gratie,  
vel iustitie, & nota quedam Christianæ pro-  
fessionis, quibus apud homines discernuntur  
fideles ab infidelibus; anathema sit. Et can.8.  
Si quis dixerit per ipsa nova legis Sacramenta  
ex opere operato non conferri gratiam, sed so-  
lam fidem divinae promissionis ad gratiæ  
confe-

SECTIO PRIMA.

De Essentia Sacramenti.

2. Etsi tenuissimæ voluptatis sit de Re-  
ligioniis dogmatibus cum ijs homini-